Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



189

unde perpetualiter ibidem in Missarum celebratione
vinum sufficiens habeant. Insuper si in itinere pe-
regrinationis meæ decessero, jam dictæ Ecclesiæ quadra-
ginta Marcha persolvi debent, unde fratres et Do-
mini pro mea et supradictorum animarum salute
Dominum exorare non desistant, et quotidie, cum
licet, Missas pro fidelibus defunctis celebrare, meam
et omnium parentum meorum memoriam habere
non desistant. Hujus rei testes sunt Dominus Berch-
toldus Tarant, Dominus Hildeprandus de Lana,
Dominus Ebechardus, et frater ejus Dominus Al-
bertus de Tyrol, Dominus Alberto (Albero) et frater
ejus Dominus Marquardus de Magis, Dominus
Berchtoldus Trautson, Dominus Tridericus de Vibe
S. Michaelis. Acta sunt autem hæc consensu uxoris
meæ Dominæ Utæ in præsentia Ministerialium me-
orum Anno ab Incarnatione Domini MCCXVII. in fe-
sto sancti Jacobi Tyrol.

65) Burglehner t. I, l. 15, c. 4: Anno Domini 1218. Ist
er abermals nach ietzbemelten Bischoffen ~~(Conrado)~~ auf
einem Reichstag zu Nürnberg gewesen. Ubi modo
dictus Episcopus ~~minerali omnia in territorio Ep~~
~~scopatus sui existentia~~ in feudum accepit a Cesare,
~~ut idem Burglehner habet l. 1 c. 2.~~ omnes venas me-
tallorum et salis quæ in suo sunt ~~in~~ Episcopatu. Inter
testes Albero et Berchtoldus fratres de Wange. Da-
tum apud Nurenberc IV Kal. Januarii. apud
Gewoldum Metr. Sal. t. I, in Eps. Brixin. De Tri-
denico autem Tridentino ✠ (Visa obiberg dieß Jahrs)

1 (Bertholdo Brixinensi)

66) Vide Additionem proxime superiorem.

67) Apud Meichelbeckium Chron. Benedictob. p. I, c. 15:
In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Quoniam
ea quæ pro salute animarum fiunt necessarium est
ut scripturæ quæ sacratium est memoriæ commendentur
hinc est quod nos Otto Dei gratia Dux Meraniæ Palatinus
Comes Burgundiæ tenore litterarum præsentium no-
tum esse cupimus universis quod nos ob remedium ani-
marum nostrorum progenitorum. nec non in spem divi-
næ remunerationis Ecclesiæ nostræ in Buren quam ex
ratione fovere tenemur de plenitudine consilii ac con-
sensu universorum nostrorum Ministerialium dona-
tionem fecimus. hanc scilicet, quod eidem contulimus
omnes decimationes. super singulis bonorum nostro-
rum libere et absolute ante Montana et infra. agris.
pratis. aquis. silvis. cultis et incultis quæ tempore